

**Text: Plautus, Rudens**

	Qui gentis omnis mariaque et terras movet, eius sum civis civitate caelitem.	Ich bin ein Bürger im Staat der Himmlischen – im Staat dessen, der alle Völker und Meere und Länder bewegt,	
3	ita sum ut videtis splendens stella candida, signum quod semper tempore exoritur suo hic atque in caelo: nomen Arcturo est mihi.	So bin ich, wie ihr seht, ein hell leuchtender Stern, ein Stern, der immer zu bestimmter Zeit aufgeht, hier und am Himmel: ich heiÙe Arcturus.	3
6	noctu sum in caelo clarus atque inter deos, inter mortalis ambulo interdius. et alia signa de caelo ad terram accidunt:	Bei Nacht bin ich hell am Himmel, unter den Göttern, am Tag wandere ich unter den Sterblichen umher. Auch die anderen Sterne kommen vom Himmel auf die Erde:	6
9	qui est imperator divom atque hominum Iuppiter, is nos per gentis alios alia disparat qui facta hominum moresque, pietatem et fidem	Iuppiter, der Herrscher über Götter und Menschen, schickt die einen zu diesem Volk, die anderen zu dem, damit wir die Taten und das Verhalten der Menschen	9
12	noscamus, ut quemque adiuvet opulentia. [...]	beobachten – ihre <i>pietas</i> , ihre <i>fides</i> –, damit dementsprechend jeder mit Reichtum belohnt wird. [...]	12
31	nunc huc qua caussa veni argumentum eloquar.	Jetzt will ich die Geschichte erzählen, warum ich hierher gekommen bin.	31
	primumdum huic esse nomen urbi Diphilus	Als erstes: Diphilus wollte, dass diese Stadt	
33	Cyrenas voluit; illic habitat Daemones in agro atque villa proxuma propter mare, senex, qui huc Athenis exsul venit, hau malus;	Cyrene heißt; dort wohnt Daemones, auf dem Land, auf einem Gut ganz nah am Meer, ein alter Mann, der aus Athen hierher ins Exil kam	33
36	neque is adeo propter malitiam patria caret,  sed dum alios servat se impedivit interim, rem bene paratam comitate perdidit.	– kein schlechter Mann; und er muss keineswegs auf seine Heimat verzichten, weil er ein böser Mann wäre, sondern weil er anderen half, kam er selbst in Schwierigkeiten und verlor durch seine Freundlichkeit seinen Besitz.	36
39	huic filiola virgo periit parvola.	Ihm kam seine Tochter abhanden, als sie ganz klein war.	39

**Text: Plautus, Rudens (Fortsetzung)**

eam de praedone vir mercatur pessumus,  
is eam huc Cyrenas leno advexit virginem.  
42 adulescens quidam civis huius Atticus  
eam vidit ire e ludo fidicinio domum,  
amare occepit: ad lenonem devenit  
45 minis triginta sibi puellam destinat  
datque arrabonem et iure iurando alligat.  
is leno, ut se aequom est, flocci non fecit fidem  
48 neque quod iuratus adulescenti dixerat.  
ei erat hospes par sui, Siculus senex  
scelestus, Agrigentinus, urbis proditor;  
51 is illius laudare infit formam virginis  
[...]  
65 ad portum adulescens venit:  
66 illorum navis longe in altum abscesserat.  
ego quoniam video virginem asportarier,  
tetuli et ei auxilium et lenoni exitum simul:  
69 increpui hibernum et fluctus movi maritimos.  
[...]  
72 nunc ambo, leno atque hospes, in saxo simul  
sedent eiecti: navis confracta est eis.  
illa autem virgo atque altera itidem ancillula  
75 de navi timidae desiluerunt in scapham.

Von ihrem Entführer kaufte sie ein Mann der übelsten Sorte;  
dieser Zuhälter brachte sie als junge Frau hierher nach Cyrene.  
Ein junger Athener – ein Mitbürger von dem hier – 42  
sah sie, wie sie vom Lautenunterricht nach Hause ging,  
und verliebte sich in sie: er ging zu dem Zuhälter, wollte  
die junge Frau zum Preis von 30 Minen kaufen, leistete 45  
eine Anzahlung und ließ den Zuhälter dies per Eid bestätigen.  
Der Zuhälter – typisch für ihn! – piffte aus sein Versprechen  
und das, was er dem jungen Mann unter Eid gesagt hatte. 48  
Er hatte einen Freund, einen alten Mann aus Sizilien,  
böse, aus Agrigent, ein Verräter seiner Stadt.  
Der fing an, die Schönheit der jungen Frau zu preisen 51  
[...]  
Der junge Mann kam zum Hafen: 65  
Ihr Schiff war weit auf das Meer hinausgefahren. 66  
Weil ich sah, dass die junge Frau weggeschafft wurde,  
habe ich ihr Hilfe gebracht und gleichzeitig dem Zuhälter  
Verderben : Ich habe einen Sturm entfacht und die Meereswogen 69  
[...] [bewegt.  
Jetzt sitzen beide, der Zuhälter und sein Freund, zusammen 72  
auf einem Felsen; ihr Schiff ist zerstört.  
Aber die junge Frau und noch ein anderes junges Mädchen  
sprangen in ihrer Angst vom Schiff in ein Boot. 75